



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

CXCI. Nicolaus IV. Anno Christi 1288. Rodulphi Regis 16. Andronici 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65477](#)

XIV.  
ib. 3.  
spatio  
i ius.  
esper  
condemnata. Suprema post biennium  
Pontificatus fuit dies tertia April. an-  
ni 1287.

CXCI.

## NICOLAUS IV.

ANNO CHRISTI 1288.  
RODULPHI REGIS 16. ANDRO-  
NICI 5.

Menses amplius decem post mor-  
tem Honorii IV. anno 1288.  
VIII. Kal. Mart. Hieronymus Tineus  
Aseulanus, primus ex Ordine S. Fran- Rayn. am.  
cisci renuntiatus est Pontifex ad S. Sabi- 1288. §. 1. 7.  
nam, & biduo post coronatus apud S. Pe- 24. 29. 32.  
trum, sumpto nomine Nicolai Quarti in Spond.  
memoriam Tertii, à quo fuerat creatus  
Cardinalis. (1) Semel atque iterum  
traditum sibi Pontificatum abnuit, de-  
mum Cardinalium precibus vinctus,  
coactusque inivit. Eo hortante Se-  
naturn Venetum decrevisse, ut Fidei  
censores essent in ditione Reipublicæ,  
iidemque de communi ærario suspen-  
tarentur, in trinis annalibus invenio.

(2) Eundem non conservandæ so-  
lum, sed etiam propagandæ Fidei cu-  
ra maximè intentum habuit. Vari-

CCC

os

Os enim ad varias gentes misit præ-  
 Rayn. an. cones Evangelii. Carolum II. cui  
 1289. §. 1. Claudio additur cognomen, Siciliæ &  
 49. Spond. Apuliæ Regem Reate coronavit in  
 §. 2. easdem conditions, in quas Pater  
 ejus fuerat à Clemente IV. inaugu-  
 ratus. Idem abrogâsse traditur con-  
 stitutionem Gregorii X. de Conclavi.  
 (3) Illud haud cuiquam in dubio est,  
 eum editâ constitutione duas fecisse  
 redituum Romanæ Ecclesiæ partes,  
 quarum altera Pontifici, altera Car-  
 dinalibus cederet, (4) eundemque  
 confirmâsse litteras Alexandri IV. de  
 Rayn. an. veritate stigmatum S. Francisci. (5)  
 29. Anno 1291. Pontificatus ejus quarto  
 § 44. 68. expugnata ab Saladino Babylonie Re-  
 Spond. ge Hierosolyma, & Christiani expulsi  
 §. 10. Syriâ totâ. Sacratissima quoque E-  
 dicula, in qua Christus Dei Filius à  
 Virgine conceptus de Spiritu Sancto,  
 diversatûsque est per annos multos,  
 Angelorum ministerio VII. Idus Ma-  
 jas translata est in Dalmatiam, atque  
 1292 § 17. inter Tersactum & Flumen oppida, in  
 Spond. planicie summa collis Adriaco mari im-  
 §. 3. pendentis collocata. (6) Anno infe-  
 quente pridiè Nonas April. die sacro  
 Parasceves obiit, cùm annos quatuor,  
 mensem

mensē & dies quatuordecim Pontifica-  
tum egisset.

## ANNOTATIONES.

(1) Spondanus ad an. 1188. §. 1.

(2) Apud Waddingum ad an. 1589. §. 14.  
Raynaldum ad an. 1588. §. 54. & Sponda-  
num ad an. eund. §. 6.

(3) Traditur ab Raynaldo ad an. 1276. §.  
19. & ad an. 1289. §. 49. ex Nicolai IV. epist.  
lib. 2. Addubitat Pagius in Vita hujus Pon-  
tificis §. 21. tum quia ejus epistolæ verba  
non recitantur ab Raynaldo, tum quia nul-  
lamentio de abrogatione ea reperitur in tri-  
bus S. Cœlestini V. diplomatis apud eundem  
Raynaldum in *Addendis* ad Tomum XV.  
in quorum primo atque altero S. Pontifex  
asserit, Gregorii X. constitutionem ab Ha-  
driono V. & Joanne XXI. fuisse suspen-  
sam, in tertio verò eam etiam per eundem  
Joannem XXI. fuisse revocatam, abroga-  
tamque.

(4) Quod si aliquando servatum fuit,  
certè à multo tempore abiit in desuetudinem:  
sunt nihilominus habeant Cardinales jura  
sua atque uberes proventus, quibus dignita-  
tem honestè sustineant: Spondanus ad an.  
1292. §. 3. Constitutio est apud Raynaldum  
ad an. 1289. §. 49.

(5) Vide annotat. 4. ad Vitam Alexandri  
IV.

(6) post annos tres & menses septem an-

Ccc 2

no

anno 1294. IV. Idus Decembr. Angelorum in  
dem operâ delata est in Italiæ regionem Pi-  
cenam, estque hodie sacrarium insigne, di-  
tissimumque Christianorum donariis undi-  
que collatis. Vide Raynaldum ad an 1291.  
§. 68. & ad annum 1294. §. 24. & His-  
riam nostram Familiæ Sacrae cap. I.

CXII.  
**S.CÆLESTINUS V.**  
ANNO CHRISTI 1294.  
**ADOLPHI REGIS 3. ANDRO-**  
**NICI 11.**

Cum annos duos ac menes tres  
discordia sententiarum certassent  
Cardinales, tandem anno 1294. III.  
Rayn. an. Nonas Jul. Cœlestino V. munus Eccle-  
1294. siæ administrandæ consensu injun-  
§. 3. & seqq. gunt. Patria hic Eserniensis, pro-  
Spond. fessione Monachus, Petrus de Murone  
§. 1. seqq. cognominatus à monte ejusdem nomi-  
nis duobus ab Sulmone millibus, in  
quo genus vitae asperrium ducebat.  
Delatam sibi dignitatem summam re-  
cusavit, fessus precibus suscepit. A-  
quilæ consecrari voluit, quam Ur-  
bem init asello vectus, Regibus Sici-  
liæ & Hungariae præuentibus ad fræna.  
(1) Tri.